



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXIII. De solutione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

*feud. amitt. in fin.* aliud temporale, ut feudum  
guardiæ, vel gastaldiæ, quod anno termina-  
tur. 1. *Feud. de feud. guard.* & feudum solda-  
tæ, quod finitur morte dantis, vel accipien-  
tis. 2. *Feud. 10. quis dic. dux. vers. soldata au-*  
*tem.* & feudum habitationis, quod morte ac-  
cipientis finiri dicitur. 2. *Feud. 105. de feud.*  
*habitat.* XIV. Aliud est dividuum, aliud in-  
dividuum. Sunt autem omnia dividua, præ-  
ter feuda regalia, ut Ducatum, marchiam,  
comitatum. 2. *Feud. 55. de probib. feud. alien.*  
*per Frideric. §. praterea ducatus.* De contra-  
ctibus principalibus hætenus.

XXI. De pignoribus, & aliis cautionibus.

**D**Einceps dicendum de contractibus acces-  
soriis, qui per se non consistunt, sed aliis  
contractibus accedunt. §. Primus acces-  
sorius contractus est pignus: de quo late di-  
ctum fuit in quarta Digestorum parte. §. Est  
autem pignus cautionis species, ut docui ad  
*tit. Instit. de satisdat. §. 3.* ubi alia quoque  
cautionum genera exposui.

XXII. De fidejussoribus.

**S**ecundus est fidejussio, de qua dixi *D. b. t.*  
Dictum est de contractibus tam accessoriis,  
quam principalibus.

XXIII. De solutione.

**C**onsequenter secundum ordinem, quem  
f 2 tit.



tit. 13. proposui, agitur de solutione: de qua dixi *D. b. t.*

*XXIV. De donationibus.*

**T**andem agitur de donatione: de qua dixi *D. b. t.* De rebus Ecclesie hactenus.

*XXV. De peculio clericorum.*

**S**equitur ut videamus de rebus clericorum propriis, seu de proprio eorum patrimonio, quod non quatenus sunt clerici, habent.

**2** §. Dicitur peculium clericorum, non solum si sint filii familiarum, sed etiam si sint tres familiarum: quia peculium dicitur quod est pusilla pecunia, seu pusillum patrimonium. *D. de pec. l. 5. §. pen.* Idcirco quidam solent extenuandarum suarum facultatum gratia suum patrimonium appellare peculium. *D. de Trebell. l. cogi. 16. in pr.* §. Nota primo, si

**3** *Trebell. l. cogi. 16. in pr.* §. Nota primo, si adquisita a clerico ex bonis Ecclesie, et ipsius Ecclesie, licet alio nomine empti sunt.

**4** *c. 2. & 4.* §. Nota secundo, si clericus tempore promotionis nihil in bonis habuerit, post promotionem prædia emerit, hæc que esse Ecclesie; quia præsumuntur acquisita ex rebus Ecclesie. *c. 1.*

*XXVI. De testamentis & aliis ultimis voluntatibus.*

**1** **N**ota tertio, clericum posse testari de rebus patrimonialibus, non de rebus Ecclesie sive acquisitis intuitu Ecclesie. *cap. 1. §. 2.*